



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0509

Sabato 21.08.2021

Sommario:

- ◆ **Le Udienze**
- ◆ **Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio per la V Centenaria Incoronazione della Madonna Nera di Oropa (Santuario della Diocesi di Biella, 29 agosto 2021)**
- ◆ **Rinunce e nomine**

◆ **Le Udienze**

Il Santo Padre Francesco ha ricevuto questa mattina in Udienza:

- S.E. Mons. Adolfo Tito Yllana, Arcivescovo tit. di Montecorvino, Nunzio Apostolico in Israele e in Cipro; Delegato Apostolico in Gerusalemme e Palestina;
- Em.mo Card. Kevin Joseph Farrell, Prefetto del Dicastero per i Laici, la Famiglia e la Vita.

[01100-IT.01]

◆ **Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio per la V Centenaria Incoronazione della Madonna Nera di Oropa (Santuario della Diocesi di Biella, 29 agosto 2021)**

In data 26 giugno 2021, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Sig. Card. Giovanni Battista Re, Decano del Collegio Cardinalizio, Legato Pontificio per la V Centenaria Incoronazione della Madonna Nera di Oropa che si terrà nel Santuario mariano della Diocesi di Biella (Italia) il 29 agosto 2021, ultima domenica del mese, giorno in cui dal 1620 ogni 100 anni viene incoronata l'effigie della Beata Vergine Maria.

L'Em.mo Legato sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti ecclesiastici:

1. Rev.do Can. Ezio Zanotti, Parroco di S. Eurosia e di S. Maria della Pace in Pralungo, nonché membro del Consiglio di Amministrazione del Santuario di Oropa;
2. Rev.do Can. Giovanni Panigoni, già Amministratore delegato del Consiglio di Amministrazione del Santuario di Oropa ed attualmente Parroco Arciprete di S. Giacomo in Biella Piazza.

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro
IOANNI BAPTISTAE S.R.E. Cardinali RE
Collegii Cardinalium Decano

Maiores aurora resplendet inter angelos pulchritudo gloriae Beatissimae Virginis Mariae, quae “amicta sole, et luna sub pedibus eius, et super caput eius corona stellarum duodecim” (*Apc* 12,1) tamquam Regina et Mater super hominum aeternam salutem amanter suaviterque evigilat. Cuius tuto praesidio christifideles firmiter confidunt, qui ad eius praeclaram effigiem Oropensem iam a sescentis annis peregrinantur, atque per hanc Dominam Nigram, quae formosa est sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salma (cfr *Ct* 1,5), copiosas gratias a Deo pleno misericordiae recipiunt.

Novimus autem ex litteris Venerabilis Fratris Roberti Farinella, Episcopi Bugellensis, celebre simulacrum Beatissimae Virginis Mariae in montibus Bugellae, Dominae Nigrae titulo appellatum, corona aurea rursus coronatum iri, sicut ab anno MDCXX centesimo quoque anno fieri solet. Quapropter Egregius Praesul humanissime quaesivit ad sollemniorum efficiendum memoratum coronationis ritum magisque honorandam Deiparam Virginem Mariam, ut Nos Patrem Purpuratum eligamus, qui apud hoc sanctuarium inter Missarum sollemnia personam Nostram gerat. Te quidem, Venerabilis Frater Noster, qui praees Collegio Cardinalium atque multos per annos Nobis Nostrisque Praedecessoribus magno animo praestas auxilium, ad memoratam celebrationem fidenter destinamus, ut Nostro nomine effigiem Dominae Nigrae sollemniter novo diademate corones. Itaque hisce Litteris Legatum Nostrum te nominamus ad supra dictum incoronationis officium sollemni modo explendum die XXIX mensis Augusti Oropae.

Cum vero liturgicis ritibus praesidebis Nostramque benignam istis adstantibus significabis salutationem, praesertim illius communitatis Pastori. Populum deinde congregatum ferventer hortaberis ut Beatissimam Mariam Virginem piissime colat: non tamen verbis, sed tali modo - sicut mire vultus Mariae et Iesu sine ullo pulvere quotannis invenitur ut animaeque christifidelium sine macula peccati magis magisque fiant.

Nos profecto tuam missionem precibus comitabimur, dum iam nunc enixe te, Venerabilis Frater Noster, committimus amantissimae tutelae Sanctissimae Dei Genetricis Mariae eiusque Sponsi sancti Ioseph, cui hic annus praecipue est deditus, necnon sancti Eusebii Vercellensis, qui illis in partibus Italiae Evangelium praedicabat. Apostolicam denique Nostram Benedictionem prolixè tibi imprimis elargimur, cum omnibus ad quos nunc mitteris communicandam, vicissim pro gravi Nostro Petrino ministerio exercendo preces postulantes.

Ex Aedibus Vaticanis, die V mensis Augusti, anno MMXXI, Pontificatus Nostri nono.

FRANCISCUS

◆ Rinunce e nomine

Nomina dell'Inviato Speciale alle celebrazioni dei 1.100 anni del martirio di Santa Ludmila (Tetín, 18 settembre 2021)

Il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Christoph Schönborn, O.P., Arcivescovo di Vienna, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni dei 1.100 anni del martirio di Santa Ludmila, prima Santa boema e nonna del Principe San Venceslao, previste a Tetín (città vicino a Praga), in programma il 18 settembre 2021.

[01101-IT.01]

[B0509-XX.01]
